

16

nus quadringentesimus annus expletur.
& quantum tempus residet usque ad diem
iudicii. nec angeli nouerunt nec filius. qui
ideo ignorare se dicit quia nobis non ex
pedit discere. Hi sunt ergo multi dies qui
bus infelix synagoga & mulier adultera
ordeo pascitur. & sedit contracta. quia
cum xpo stare non potest sine rege. De quo
locutus est. Pater. suscitaui regem cum
iustitia. & ipse dicit in psalmo. Ego autem
constitutus sum rex a deo super sion mon-
tem eius. siue principe uel ipso dno salua
tore. uel certe pontifice. de quo scriptum
est. Principi populi tui non maledicis.
& sine sacrificio. & sine altari. subuerso
enim templo. & incensa hierusalem. nec
sacrificium. nec sacerdotium. iudaica gens
exercere potest. & sine ephod. & sine the
raphin. instrumentis sacerdotalis habitus.
De hoc rege. & iacob in benedictione iudae
patriarchae loquitur. Non deficiet prin
ceps ex iuda. neque dux de femoribus eius.
donec ueniat cui repositum est. & ipse erit
expectatio gentium. Ergo post quam de
fecit princeps ex iuda. & dux de femoribus
eius. & herodes alienigena & proselytus
suscepit imperium. Intellegimus uenisse
cui regnum repositum est. & ipse erit expec
tatio gentium. haec est caecitas quae ex
parte accidit israhel. ut sub intrat & pleni
tudo gentium. & tunc omnis israhel saluus
fiet. & multo post tempore reuerten
tur. & quaerent dnm dm suum. & dauid
regem suum. qui de dauid stirpe genera
tus est. & interpretatus forti manu. ipse
enim solus captiuitatem populi sui. & de
dit uinctis remissionem. Cumque eum
uiderint filii israhel qui a suis fratribus
denegatus est. in patris & sua maiestate
regnantem. pauebunt & stupebunt ad
dnm & ad bonum eius. qui bonus filius
de bona natus est patre. siue ad bona dni.
De quibus sic loquitur. Credo uidere bo
na dni in terra uiuentium. haec enim qua
incolimus peccatores terra est mortuo
rum. praesens capitulum alii iudaeorum
super babylonia captiuitate interpre
tantur longe. quando lxx annis desola
tum est templum & altare & iustime.
ac sacerdotium non fuerunt. & postea
sub zorobabel in sedes pristinas sunt
reuersi. Alii utnos in futurum tempus
different. & quae sit causa tam grandis
offense. ut tanto tempore relictus sim.
maxime cum idola non colam praeter
interfectionem saluatoris. aliam non
ualent inuenire. Audite uerbum dni
filii israhel. quia iudicium dno cum ha
bitatoribus terrae. Non est enim ue
ritas & non est misericordia. & non est
scientia dei in terra. maledictum & men
dacium. & homicidium. & furtum.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0037